



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm
Christianarvm Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. V. De eodem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

De eodem.

Qui bene in Canone missæ, post celebrationem Sanctorum Apostolorum cum egregiis martyribus ponitur. Nam qui valide Deum & Christum ejus, ob insignem fidei confessionem, ob clarissima scripta & facta, promeruit, valide potest pro nobis supplicare, ut vere dignissimus & hæres Petri Apostoli, tam morum, quam cathedræ successione.

C A P. VI.

De Successore Ignatii.

Post ignatium Heros successit in Episcopatum, quo tempore floret, vir æque insignis, Quadratus, celebris in prophetica gratia, cuius etiam opuscula habentur.

C A P. VII.

De egregiis Prælatis Ecclesiæ.

Longum est enumerare de singulis rectoribus, quæ fecerunt in Ecclesiis post Apostolos. Vnde illos commemorabimus, quorum fides ad nos pervenit & prædicatio, quorum exemplis erudita & solidata est Ecclesia, qui ardentiore Philosophia verbo Dei se consecrarunt, &c, ad salutare præceptum, primo in indigenibus sua dividentes, ad prædicandum expediti, Evangelistarum functi sunt officio. Quos etiam, ut Apostolos, in initio fidei comitata est Spiritus Sancti gratia, & miraculorum præpotens secutus est effectus.

De